

Lateinische Lektüreübung III/M.Ed. (Faller)

Sommersemester 2026

Vergil, *Aeneis* 2, 768-794

(ed. R.A.B. Mynors, 1972).

Auf der Flucht aus Troja bemerkt Aeneas, dass seine Frau Creusa nicht mehr bei ihm ist. Er sucht sie in der ganzen Stadt...

- | | |
|---|--|
| Ausus quin etiam voces iactare per umbram
implevi clamore vias maestusque „Creusam“
nequiquam <u>ingeminans</u> iterumque iterumque vocavi.
<u>Quaerenti</u> et tectis urbis sine fine ruenti
5 infelix simulacrum atque ipsius umbra Creusae
<u>visa</u> mihi ante oculos et <u>nota maior</u> imago.
<u>Obstipui</u> steteruntque comae et vox faucibus haesit.
Tum sic <u>adfari</u> et curas his demere dictis:
„ <u>Quid</u> tantum insano <u>iuvat</u> indulgere dolori,
10 o dulcis coniunx? Non haec sine <u>numine divum</u>
eveniunt; nec te <u>comitem</u> hinc portare Creusam
fas <u>aut</u> ille sinit superi regnator Olympi.
Longa tibi exilia et <u>vastum</u> maris <u>aequor</u> arandum
et terram <u>Hesperiam</u> venies, ubi <u>Lydius</u> <u>arva</u>
15 inter <u>opima virum</u> leni fluit agmine Thybris.
Illic res laetae regnumque et regia coniunx
<u>parta</u> tibi; lacrimas dilectae pelle Creusae.
Non ego <u>Myrmidonum</u> sedes <u>Dolopumue</u> superbas
aspiciam aut <u>Grais servitum</u> matribus ibo,
20 <u>Dardanis</u> et divae Veneris <u>nurus</u> ;
sed me magna <u>deum</u> genetrix his detinet <u>oris</u> .
Iamque vale et <u>nati</u> serva communis amorem.“
Haec ubi <u>dicta dedit</u> , <u>lacrimantem</u> et multa <u>volentem</u>
dicere deseruit <u>tenuisque</u> recessit in auras.
25 Ter <u>conatus</u> ibi collo <u>dare</u> brachia <u>circum</u> ;
ter frustra compressa manus effugit <u>imago</u> ,
par levibus ventis <u>volucrique</u> simillima somno. | ausus quin etiam + Inf.: ich wagte sogar, voces iactare:
rufen

ingeminare: wiederholen

quaerenti (mihi), tectis: zwischen den Häusern,

visa (est), nota maior: unnatürlich groß
obstipescere: erstarren, faucibus: in der Kehle
adfari/demere: hist. Infinitive (Subjekt: Creusa)
quid iuvat: was hilft es?, indulgere: nachgeben
numen divum: der Wille der Götter

comitem: als Begleiterin
aut=nec, regnator > Jupiter

vastum aequor: wüste Fläche, arare: durchfahren
Hesperius=Italia, Lydius: etruskisch, arva: Ländereien
opimus virum: männerreich, Thybris=Tiberis

partus: vorgesehen für jmdn.
Myrmidones/Dolopes: griechische (siegreiche) Völker
Grai=Graeci, servitum: um zu dienen
Dardanis: ich, eine Trojanerin, nurus: Schwiegertochter
deum=deorum, genetrix > Juno, ora: Küste

natus=filius
dicta dare: Worte sprechen, lacrimantem/volentem (me)
tenuis=tenues
conatus (sum), dare circum=circumdare: herumlegen
imago: das Schattenbild von Creusa
volucer: flüchtig |
|---|--|